



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

**Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

## **Støt vores arbejde – Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

## **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

## **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

# DE GNOMIS PINDARICIS

NEC NON

## SPECIMEN DANICÆ OMNIUM JUVENALIS SATYRARUM VERSIONIS.

---

### PROGRAMMA

QVO

INAUGURATIO RECTORIS DOCTISSIMI  
FRIDERICÆ DEICHMANN HASSELBALCH

PER VIRUM SUMME VENERABILEM LONGEQVE  
CELEBERRIMUM

DR. F R I D. M Ü N T E R,  
SELANDIAE ORDINUMQVE REGIORUM EQVESTRIUM EPISCOPUM,  
COMMENDATOREM DANEBROGICUM,

DIE 13 OCTOB. 1812.

IN SCHOLA CATHEDRALI ROESKILDENSII  
RITE PERAGENDA INDICITUR.

---

SCRIPSIT P. G. FIBIGER ADJUNCTUS SCHOLE.

---

H A V N I A E.

TYPIS ANDREÆ SEIDELIN.

---

## DE GNOMIS PINDARICIS.

Et si majorem ille oblectationem percipere, iudiciorumque præstantioris specimen exhibere potest, qui, tota auctoris alicujus indole comprehensa, perfectam ejusdem et omnes in unum venustates complectentem imaginem adumbret; haud tamen eorum erit diligentia adspernanda, qui cunque in singula descendentes, unam alteramve operis excellentis partem eligant sibi accuratius introspiciendam. Nam et ad totum illustrandum confert, qui partem rimatur, oriturque alia quædam, mitior licet, ex ipsa illa partium singularium perscrutatione voluptas. — Itaque in Pindaro etiam, cum ad omnia illa protinus intelligenda animus esset imbecillior: gnomas hic primum pro virili inquirere tum ideo expertus sum, quod varias, diversasque de auctore cogitandi occasiones illæ imprimis præbere posse videntur: tum quod in iisdem, uti mea quidem fert opinio, latet singulare quoddam lyrici poetæ hujus *χαρακ-*

*τηλείων.* Certe nec apud veterum, qvi nobis servati sunt, lyricorum ullum, ex. c. auctores hymnorum qvi nominibus Orphei et Homeri inscribuntur, vel apud Anacreontem, Callimachum\*) al: tanta, ut ita dicam, moles gnomarum reperitur; nec inter recentiores facile invenietur, qvi communibus locis carmina tantopere studeat replere. — Per gnomas qvidem intelligimus sententias universe enuntiatas, qvarum distinctio optime poterit verbis doctissimi nostratis Rhode ita exprimi, "ut primum genus sit, qvibus consilia hominum, actiones moresqve aut probentur, aut improbentur, et qvod tempore qvoqve officium a qvoqve postulaverit, ostendatur, qvæ proprie *præcepta* sunt: alterum, qvod constat pronuntiationis de rebus humanis earumqve et hominum ipsorum interiori indole, qvæ *judicia* vocaveris: tertium, qvæ doceant, qvid in rebus humanis maxime accidere soleat, in primis, qvi motus, cupiditates, et qvomodo in rebus agendis patiendisqve hominibus eveniant, hæc vera animi humani

\*) Chorus Tragorum huc non retulerim. Nam si apud Sophoclem et in primis Euripidem densiores, in lyricis dramatum partibus, reperiuntur: videamus semina earundem per ipsam dramatis cuiusqve actionem ita largiter disspersa, ut sponte, atqve adeo necessarie nascantur. In omnibus vero Æschyli, *λυρικῶν* illius, Tragediis gnomæ sunt omnino rarissimæ.

*specula observatorum nomine insignio<sup>\*</sup>).* — Fundamento itaque per descriptionem jacto quodam, licet illa genera in Pindaro obvia facile possint separari; nunc tamen alia commodius videtur ratione gnomas Pindaricas examinare. Postquam enim ad hasce carinatum Pindaricorum particulas animum advertere incepissem, juvabat non tam ipsas per se sententias explorare, earumque vel ad præcipiendum, vel judicandum, vel observandum vim atque utilitatem attendere, quam potius, pro modulo virium, investigare, tum, quomodo, quemnam in usum et quibusnam inducitus sensibus rationibusque adhiberet illas poeta, tum, quid carminis cuiusque compositioni et pulchritudini aut obesse aut prodesse ipsæ viderentur.

*Sæpiissime autem poeta gnomis ea involvere solet, quæ vel minus aperte, vel tecte etiam dicenda sibi sumserit.* Ac regnare videtur in carminibus Nostri illa gnomarum adhibendarum ratio. Acrius enim si omnia a Pindaro universe effata intueri velimus: ubique fere deprehendemus ea ad certum quendam hominem aut deum, eorumque fata, res gestas, et simile quid pertinentia. Hoc non urgemos. Illud modo ostendere liceat, quomodo consilio atque ita, ut attentio nostra vehementius moveatur, multa, si non prorsus oc-

\*) De veterum poetarum sapientia gnomica p. 9.

cultet, induat tamen gnomaruni involucris. — Inter plurima ejusmodi exempla pauciora tantum, et qvæ in oculos maxime incurvant, adferamus. Ol. Carm. II. v. 154-59 tali modo in adversarios æmulosque laudis poeticæ invehitur. Pyth. Carm. II. v. 151 ad fin. bona consilia et monita Hieronis causa subjungit, neqve iterum suos ipsius inimicos taxare negligit. Pyth. carm. III. v. 145 eadem ratione consolatur Hieronem morbo oppressum, dum vacillantem esse et caducam demonstrat felicitatem, conditionemqve hominum universam. Eodem in carmine v. 191 ad fin. clam ad munificentiam erga poetas regem hortatur. Pyth. Carm. IV. v. 468-89 minus occulte per gnomas monet Arcesilaum Cyrenes regem de rebus, qvæ in principem cadere possint. Pyth. Carm. X. v. 93-98 gnomæ jubet Hippocleam contentum esse victoria præsenti, qvoniam incerta sit futura. Pyth. Carm XI. v. 76-90 sortem optimatum minime esse invidendam docet (quia, ut Gedikius conjicit, victor Thrasydæus genere erat ignobilior). Nem. Carm. III. v. 138-44 tecte denuo poeticos inimicos pungit. Nem. Carm. VII. v. 16-28 videre licet, qvomodo simplicia ista: (si pedestri exprimas oratione) "celebrari o Sogenes! optime meruisti, carmine itaqve immortalitati te tradam", communi sententia, tanquam veste exornet. Qvovis deniqve in carmine facillimum

est sententias indagare, qvas simili poeta modo  
in usum suum convertat. Sufficient vero hæc.

Aliud deinde poetæ non minus usitatum gnomarum genus contempleremus. Illud vero est, *per quod transitus plerumque fit ab alia ad aliam carminis partem*, quo freqventer episodi præcedenti junguntur orationi, iterumque seqventi innectuntur, quo digressiones breviores cum ceteris rebus copulantur, quo uno denique omnes interdum odæ partes inter se ita cohærent, ut, gnomis sublatis, nexus et dispositio totius aut dissolvatur omnino, aut obscurior saltem evadat. Ejusmodi exemplum odæ, in qua gnomæ sint veluti cardines plerorumque sensuum, rerum et digressionum, *septiman Nemearum* sumamus. Invocata Elythyia, Juventæ sorore, cuius auspicis Sogenes victoriam in certamine reportavit, Æacidarum celebri e civitate oriundus; gnomam statim infert: (v. 20) "resplendere in hymnis, quasi in speculo, præclare facta" (scil. victoris Sogenis) et "non nisi carmine memoriam nostri post mortem fore superstitem". Illustratur hoc Odyssis exemplo, ab Homero celebrati. "Figmentis Homericis inest grave quid sollertiaque occulte seducens fabulis." "Ad verum enim (rurus gnomæ) perspiciendum vulgus cœcutit. (ad v. 43). Ansam id præbet insipientiæ Ajacis **commemorandæ**, qui ob arma Achillis negata mor-

tem sibi ipse conscivit. Incidit hinc in gnomam superiori v. 27 simillimam: "Supervenit Orci fluctus non opinanti pariter ac exspectanti. Gloria vero contingit mortuis bellatoribus iis, quorum famam Musa dulcem foveat." Viam sibi ita munit ad episodum de Neoptolemo (v. 48-76) ex Æacidis cuius exemplo lucem adspergat sententia. Revocat se jam a digressione per gnomam: "Modus omni in re optimus," aliam annexens: "Sortiti diversa sumus singuli pro indeole diversa, firmam vero felicitatem, fieri non potest, ut aliquis mortaliū nanciscatur," qva sententia mox proferendis respondente, venit ad Thearionem (felix hic enim est) patrem victoris, atque ad ipsum victorem, quem, licet a civibus obtrectatum, absqve ulla invidia, nec ultra modum se laude ornare jurat. "Musa coronam Sogeni auream nectit." Adjicit statim, se propter Nemam in Jovis mentionem prolapsum debere et ipsum ejusque filios Æacum et Herculem celebrare. Protinus itaque sententia: "Si utilitatem capit ex homine homo, qvid dicamus vicinum amicum esse vicino?" qvæ spectat ad ædes Sogenis inter duo Herculis fana sitas, vota præparat seqventia pro victore ad Herculem, Jovem, Junonem, Minervam, et sensu religioso commotus iram Herois Neoptolemi, quasi impia de eo (supra v. 61) narrasset, ultimis quinque versibus depre-

catur. — Etsi minime contenderim, recessarias ita esse in hoc carmine gnomas, ut poeta non aliter potuisset partes odæ diversas conglutinare: egere tamen se illis Pindarum exissimasse, vel de industria saltem, qvas huic esse' usui posse putaret, adhibuisse apertum est \*).

Tertium esse subjungendum videtur gnomarum *illud genus, quo carmina vel orditur, vel claudit* qvodqve ad singulas episodos modo incipiendoas, modo finiendas, seqve ipsum de iis excusandum sæpius interponit, (ut Nem. Carm VII. v. 76-78, qva digressionem solum inhibet, cum insequevns v. 79-85 transitum deinde parat, atqve a præcedenti sententia prorsus diversa est). Pauciora hic exempla afferenda habemus; unum tamen (Nem. Carm. IV. v. 1-13) mea qvidem opinione, luculentissimum. Optimam enim dicens lætitiam esse finitorum laborum recreationem, qvam Odæ, Musarum filiæ, reddant blandiorem, mēritisqve victoris e laudibus profectum cārmen factis vivere diuturnius:

\*) Similes, in qvibus per gnomas fiunt transgressiones, loci sunt: (ne omnia recenseamus) Ol. Carm. I, v. 43-57, Carm. II, v. 93-106. Carm. IV, v. 29-30. Pyth. Carm. II. v. 90-103, Carm. V, v. 15-17 et v. 71, Carm. VI, v. 23-27, Carm. IX, v. 132-35. Nem. Carm. V, v. 73-75, Carm. VI, v. 94-97 etc. etc.

το μοι, addit, θεμεν κρονίδα  
τε Δαι και Νεμεω  
τημασαρχου τε παλαι  
'υμνου προκωμιον, ειη

Qvod mihi cōnsecrare Saturnioqe Jovi et Nemeæ,  
Tīmasarchiqve luctæ hymni prooemium co-  
tingat.

Videmus autorem ipsum illas sententias carmini præfixas nominare προκωμιον (prolusionem, exordium). Sin itaqve ei conferamus initium Nem. Carm. VI. audacissimum, nec non aliorum hymnorum gnomica prooemia, ex. c. Ol. Carm. II, Pyth. Carm. V, Isthm. Carin. III et fortasse Carm. II. negare haud facile poterimus, Pindarum hunc etiam in usum communes suas convertisse sententias. Perorationes qvoqve, ut ita dicam, oda rum gnomis indutas ne animadvertere negligamus. Præbent se, opinor, illæ maxime conspicuas sub finem Pyth. Carm. I, II, III, et IV\*) licet iisdem sententiis in primo etiam gnomarum genere locum assignaverimus.

Allato jam, quomodo gnomis suis Noster utatur, ad alteram delabimur commentationis particulam, qva ostendere tentemus, cur et quoniam

\*) Cfr. si placet, Ol. Od. III v. 79' seqv. Od. IV v. 39, Od. V v. 53, Od. VII v. 173, Od. XI v. 19. Pyth. Od. VII v. 20, Od. VIII v. 126, Od. XII v. 49. Nem. Od. XI v. 48. Isthm. Od. I v. 96, Od. III v. 29.

*successu odis tam freqenter talia inserat ἀποφῆγματα.* — Primam fortasse causā fontemq; gnomarum Pindaricarum largissimum esse exstima-  
verim *animum piis erga deos sensibus penitissime imbutum.* — Qværi nihilominus potest: cur in hymnis Homericis, qvorum auctori pietatem ean-  
dem vix abjudicemus: cur in Orpheo: cur in Cal-  
limacho, ingenii Homericis altem affectatore, pau-  
cissima gnomarum vestigia reperiantur? — Vi-  
dentur qvidem Callimachus, auctorq; hymno-  
rum Homericorum, cum deum deamve aliquam  
celebraturi in eo sint qvam maxime occupati, ut  
vel fata, natalia, resq; dei præclare gestas sum-  
ma exponant diligentia, vel imaginem, attri-  
buta, ceteraq; vividissime delineent: formam  
numini suo plane humanam induere, neq; multum illud diversum sibi cogitare ab homine per-  
fectiori. Phantasiam igitur repræsentatio rerum  
externarum, formæ, attributorum et similiūm  
qvæ tanq; in oculos incurrerent, longe vehe-  
mentius, qvam ipsum animi sensum interiorem  
et vim illam, qvam rationem dicimus, afficiebat,  
unde γραφικοὶ ac διηγηματικοὶ potius, qvam vere λυρικοὶ hymni ipsorum evaderent necesse erat.  
Orpheum qvidem paullo alia a parte spectemus,  
cujus carmina \*) "non proprie sunt νύμνοι sed τελεται;

\*) Affirmante Scaligero, vid. edit. Orphei a G. Hermann curat. p. 599.

nam in hymnis natalia, gesta, et ejusmodi narratur, hic vero tantum invocationes deorum, quibus utebantur in mysteriis, qui sacris cuiuspiam dei initiaarentur, quae omnia fiunt nominibus mysticis. — *Sola* denique numina intuentur et Orpheus et auctor carminum Homericorum et Callimachus, mysticis ille abreptus imaginibus affectibusque, in descriptionibus hi ac narrationibus unice versantes. Brevitate etiam restrictus est Orpheus. Quae quidem omnia cogitationes sententiasque admittere raro solent. Medium vero quoddam tenere inter utramque rationem Pindarus videtur. Carmina Pindarica nec *υμνοι* sunt nec *τελεται*: argumenta eorum proprie non dii, sed homines. Quando igitur dii inducuntur agentes aut loquentes, *hominum* sunt illi vel patroni vel plerumque etiam majores parentesque et inter homines semper versantur. Quando preces et invocationes ad ipsos fiunt, *hominum* iterum salus in causa maxime est. Uno denique verbo ut rem exprimamus: per se ipsi raro, *hominum* vero ut plurimum habita ratione spectantur. Nonne autem ex ipsa illa mortalium immortaliumque mutua quasi consuetudine proficiuntur mutui et sensus et officia? Atque ubi *afficia* injuncta sunt, sponte venit uberrima de iisdem *cogitandi* materia. Magis enim minusve religiosae

pleræque inveniuntur. Quid naturale magis lec-  
tuque jucundius illo: (Ol. Od. I v. 82)

*Ευσὶ δὲ ἀπόρᾳ, γαστριμαχοῦσι  
μακάρων τινὶ ἐπέειν.*

*ΑΘΙΣΑΜΑΙ. ἀκερδεῖα λελογχεῖν  
Σεμίνα κακαγορεῖσθαι*

A me vero impetrare non possum, nt helluonem De-  
orum aliquem dicam. Desisto. Calamitas con-  
seqvi solet crebro maledicos).

Oritur cogitatio ex sensu reverentiae diis debitæ  
æque ac versus præcedentes 44-56, qvibus illa  
præparatur. — Potestate in deorum, qvam nemo  
valeat evitare, pulcherrime describunt versus  
89-96 Carminis iudi Pyth.

*Θεος ἀπαν ἐπι ἐλπίδεσσι  
τεκμαρ ἀνυεται  
Θεος, οὐ και πτεροεντι  
δετον κιχεν, και θελασσαι-  
ου παραμειβεται  
δελφινα και ὑψιφρευων τινὶ ἐκαμψε  
βροτῶν, ἐτεροιστὶ δε  
κυδος ὡγηραν παρεδωκι,*

Deus omnem ex voto exitum perficit, deus qui eti-  
am pernicem aquilam adsequitur, et marinum  
antevertit delphinem, et super horum alios pro-  
sternit mortalium, aliis vero decus non senes-  
cens præbet.

Frequentes sunt etiam illæ sententiæ, qvæ gra-  
tum pro beneficiis deorum animum exhibent.  
Omnes enim debemus

πάντι θεού ἀτίκου ὑπερτι θεμέν. (Pyth. Od. 5 v. 33)  
 omnia ad deum auctorem referre  
 quæ ad victores iterata est admonitio;  
 ἐκ θεων γαρ μαχαναι πα-  
 σαι βροτεαις ἀρεταις,  
 και σοφοι και χεροι βια-  
 ται περιγλωσσοι τ' ἐφυν. (Pyth. Od. I v. 79)  
 a diis enim conatus omnes humanarum virtutum,  
 et sapientes et manibus fortis facundiqve nas-  
 cuntur.

Divinam vero poetæ mentem ante omnia illud  
 testatur:

'Εν δ' ἔλιγω  
 βροτων το τερπνου ἀνξεται δύτιο  
 δε και πιτνει χαμαι, ἀποτροπω  
 γυνωμη σεσεισμενου.  
 Επαμεροι. τι δε τις; τι δε δι τις;  
 Σηιας διαρ, ἀνθρωποι. ἀλλ' ὅταν ἀιγλα  
 διοσδοτος ἐλθι,  
 λαμπρον φεγγος επειν ἀνδρων  
 και μειλιχος ἀιων. Pyth. Od. VIII v. 131 seq.'

Brevi vero mortalium felicitas crescit; sic vero etiam procidit humi, infesto decreto (fato) qvasata. — Diei unius (nos sumus). Quidnam est qvis? Quid non est qvis? Umbræ somnium — homines. Cum tamen splendor a Jove datus venerit, fulgens adest lumen hominum et sva-vis vita.

Num gravius, splendidius, altius qvid lyræ e fidibus unqvam auditum est? Latissime omnino patet, vimqve suam in carminibus Nostri ubique

sensus hic religiosus exserit. Qvo etiam veluti patre provenisse cernimus sententias illas, in quibus monita et *præcepta virtutum* continentur, quæ honestatem laudant mentemque bene compositionem, vitia autem omnemque pravitatem vehementissime insectantur. Qvem qvidem honesti sensum alteram gnomarum causam sumamus.

δέ μεγας δε κινδυ-  
νος ἀναληνιν ὄν φω-  
τα λαμβανει. Ιανεῖν δε είσιν ἀναγκα,  
τι νε τις ἀνωνυμον γῆρας ιν σκοτω  
παθήμενος ἐφοι ματαν, απαντων  
καλων ἀμμορος; Ol. Od. I. v. 129. \*)

Magnum qvidem periculum imbellem virum non capit. Mori autem quibus fatale est, qvid, quæso, aliquis ignobile senium, in tenebris sedens, concoqvat frustra, omnium laudum expers?

Stimulus utique omnium virtutum acerrimus, et doctrinæ morum Pindaricæ summa quasi formula. Huc quoque præcepta sagacitatis, prudentiæ, solertiæ, calliditatis, in odis Nostri occurrentia, levius licet cum monitis officiorum conjuncta referamus. — Dignoscatur ille denique gnomarum fons, ex quo ortum trahant sententiæ, quæ, qualis sit animi vitaeque humanæ conditio, quibus infortuniis obnoxia, aut voluptatibus exhilarata, contemplari gaudeant. Qvoniam vero in carmi-

\*) cfr. Ol. Od. VI, v. 14, Nem. od. I, v. 13 et od. VII, v. 87.

ne fere unoqvoque obvias sese dant, atqve opus est modo Pindarum evolvere, ut ejusmodi unam alteramve offendamus: prolixis refugientes recensionibus tædium movere,\* ad isti mox transimus qvæstioni, quantum in nobis erit satisfaciendum: *qvo quidem jure usus gnomarum apud Pindarum freqventissimus sit vel inter pulchritudines poetæ vel nænos referendus?*

Qvid, si severior qvis tales in carmine lyrico sententias prorsus improbare vellet? Si contenderet: altiora lyricæ poeseos genera ad sensus exprimendos et phantasiæ imaginibus induendos unice destinata, non solum langvidiora redi, minusqve audacia, si loci communes, a sedatori frigidioriæ animo profecti eis obtrudantur, verum etiam ab illo naturali εὐθυστασμῷ, qvi unam ante omnia rem, unamve personam ardentissime amplectatur, deflecti qvodammodo atqve inhiberi: si id Pindaro qvoqve objiceret, num ei esset omnino repugnandum?

Dubitabimus fane, in virtutibus Nostri reponere complures gnomas, qvæ contra reprehensionem istam sese difficilius defendant. Exemplum sit Pyth. carm. XI v. 40-45, ubi, cum ad

\* ) Vide tamen inter alia Ol. Od. II, v. 30-38 et v. 55, nec non v. 154-59 — Ol. od. IX, v. 152-58. Pyth. od. VIII, v. 126, Nem. od. IV, v. 1-13, od. VI, v. 1-13, od. III, v. 69-75.

Agamemnonis cædem digressus sit et interrogations fecerit, utrum uxor illius ob Iphigeniam mactatam irata, an alio turpi irrelita amore fascinus patraverit, sententiam protinus annexit maxime vulgarem, quæ nec sensui ex imaginatione rei atrocissimæ oriundo respondeat, neque alio modo poetæ inservire (v. c. in transitu parando) posse videatur:

το δε νεαίς ἀλοχοῖς  
ἔχθισον ἀμπλακίον, καλε.  
ψαι τ' ἀμυχανού  
ἀλλοτριαῖσι γλωσσαῖς.  
κακολογοὶ δε πολίται.

ἴχει τε γαρ οὐ.βος ἐν μειονα φθονού  
δ δε χαμηλα πνεων, ἀφαντον βρεμει,

quod sane juvenibus uxoribus odiosissimum est flagitium, fierique non potest ut occultetur alienis linguis. Maledici enim sunt cives, sustinetque opulentia non minorem invidiam; contra humiliter vivens in abscondito fremit.

Similis est locus Nem. Carm. I, v. 82-84. Summa nempe orationis vi Herculis infantis describens cum serpentibus luctationem, medium veluti in scenam παραμνησιν ingerit, quæ, quid efficiat, ægre poterit intelligi:

ἐν χερι δ' Αμφιτρυων  
κολεου γυμνου τινασσων φασγανον  
ικετ' οξειαις ἀνιαισι τυπεις.  
το γαρδικειον πιεζει  
πανθ' οικωσ. ευθυς δ' απημων πραδια

μάδος ἀμφ' ἄλλοτριον.

Ἐσα δε θαυμάζει δυσφορίων  
τερπνώ τε μηχανής etc.

Manu quoque Amphitruo vagina nudum vibrans ensem venit, acutis doloribus percussus. Nam domesticum percellit omnes pariter, statim vero doloris expers cor in luctu alieno. Stetit vero in stuporem gravem jucundumque conjectus. etc.

Tribus hic gnomicis exclusis versibus, ecquis aliquid desiderabit? — Occasionem quoque, qua, (Pyth. carm. 9 v. 135-136) ad episodum de Jolao transgreditur, ex uno verbo plane extorquet (tametsi excuset se infr. v. 151). In omni re, dicit, videndum est, quid consentaneum sit loco et tempori, quid tempus, (*ο καιρός*) postulet. Quantum referat hoc arripere, docet exemplum Jolai, qui etc.

Nulla tamen ad nævulos Nostri detegendos cupiditate incitamur. Exemplis horum allatis contenti, si quid contra vel ad defendendum vel excusandum poetam simus investigaturi, magis jam sollicite inquiramus. — Venustatem poeticam non phantasia sola, sensibus sociata, creare vallet. Vindicat sibi idem ex parte altior indoles illa quam cogitandi vim sive rationem vocamus. Adeo ut phantasia nostra, nisi gravioribus, ut fultura quadam cogitationibus nitatur, id est, veram subinde respiciat naturam, ægri somniis simillima facile evanescat. Communi hoc ob-

vium est intelligentiae et nulla eget disputatione. Unde didactica alioqui poesis esset profecta? Phantasiæ tamen persuasi matrem esse omnis poeseos, ne didacticam quidem et gnomicam debere ab illa degenerare concedimus. — Jam si Pindari nostri sententias, qvoties illarum veluti alis phantasiæ nixæ in altum tendant, religioso excitatæ aut morali *εὐθυσιασμω*, consideremus; tantum aberit, ut reprehendendus, quin summa potius admiratione laudeque meritissimus nobis videatur. Qvis gravitatem quandam negabit, veritatemqve iis carminibus conciliari, quæ non imaginibus solum et sensibus, sed animo quoque severius omnia contemplanti debent suam pul. chritudinem? — *Gravitatem* igitur imprimis per gnomas, putaverim, odis suis Pindarum addere voluisse. Quanta dignitas accedat victoriis ipsisque victoribus necesse est illis sententiis, quibus juvenes usque commonefacit: deum esse, qui eos palma donet, deum fuisse in certamine auxiliatorem, deo soli gratiam esse referandam! Gravitatis ejusdam causa gnomis, ex. gr. in transgrediendo tam frequenter indulget. Attentio quidem auditorum major effici videtur cum inse- ritur commune quid, sed quorsum dicatur, non dum intelligent. Eadem proemiorum esseratio videtur. Frigido quis animo legere potest exordium carminis Nem. qvarti vel sublime illud sexti

Nem. initium? Hoc vere est, "vestibulo aureas columnas, magnificis velut in ædibus subjicere (v. Ol. od. 6, v. I). Perorat nonnunquam odas haud inferiori dicendi genere (v. sub fin. Isth. od. 7). Conclusionem vero Pyth. od 8ve (supr. exscriptam) ubi sententiæ quam maxime assurgunt, nou possumus non in altissimis, quæ lyricam poesin unquam ornaverint, præstantissimisque reponere. Quid si passim illa quoque latet gnomarum proferendarum causa, ut dictio illis quasi inumbrata, audacia quadam et brevitate emineat? Exemplum afferre ausim Nem. I v. 34-41. Chromium victorem, dicere vult, obtrectatores suos habet, consilia tamen eorum omnia irrita valet reddere. In gnomam id valde tropicam convertit: "ita usu evenit, ut viri boni calumniatoribus quasi aquam ferant adversus fumum." — Audacter hoc dictum esse liquet. Ipsa autem tropico-gnomica exprimendi ratio habet nescio quid nervi eximii. Fortasse etiam varietate, dum gnomas interspersit, placere voluit. Victores palam laudare non semper decebat. Sententiis igitur præconium involvit. Ipsa denique necessitate nonnunquam ad gnomas cogitur defugere. Æmulos suos atque obtrectatores notare gestit. Licetne aliter, quam locis communibus? Hiero est de variis civitatibus et ipsi commodis

incommodeisque monendus. Nil vero hic magis congruum videtur quam sententiæ. Regi enim omnia, magistri ritu, aperte dicere vetat verecundia. Eratque in his, quod involucro vere indigere ex commentariis videamus.

Gnomas nihilominus Pindaricas, aliquis obieciet, et nimis esse in quibusdam carminibus prolixas, et fluminis instar in omnia effusas, omnino autem vix necessarias, quandoquidem alii sint modi, quibus communes locos pronuntiare liceat. Nihil igitur superesse videtur, quam ut seculi ingenium, conditionemque temporis istius, quo floruit poeta noster, respiciamus. Seculo Pindarico non ita erat in sistema quoddam philosophia redacta, ut serius, a Platone atque Aristotele, vulgus vero hominum adhuc paullo incultior, qui de turpi nondum et honesto, de morum disciplina, de rebus bonis malisque severius cogitare assueverant. Culturæ hic sane gradus est, in quo, altiori licet, pariter ac in humiliiori, metris inclusa proverbia, ænigmata, gnomas et breviora ejusmodi ἀποφεγματα homines præcipue amare solent. Memoriae enim infigi possunt facillime, atque ab illis, non mirum est si quam avidissime arripiuntur, quibus raro vel nunquam philosophos audire, aut scripta inspicere contingat. Vixerunt ante Pindarum Hesiodus, Callinus, Tyrtæus, Solon, Mimnermus,

Theognis, Phocylides, Simonides, quorum alios gnomico in genere totos fuisse, alios carminibus saltem abunde immiscuisse illud novimus. Seculis autem antiquioribus cum in poesi lateret omnis et rerum divinarum formula, et philosophia et morum doctrina: haud absimile fit, etiam ducentos et quinquaginta post annos, quibus a Pheracyde primo inter Græcos prosaico autore Pindarus distabat, poesin aliquantum adhuc servasse philosophici istius sive gnomici tenoris. Nec prorsus absonum erit, si credat quis, Pindarum data opera, et ratione hominum suorum habita epiniciis suis didacticas intexusse sententias. Festa, in quibus decantabantur illa, erant religiosissima: auditorium tota Græcia. Quid, si talem poeta occasionem arripuit, qua præcepta in vitam utilissima, vulgo in primis rudiori inculcaret? Enimvero jucundum est, in fervidissimo lyricorum Græcorum audacissimoque tam altum pietatis, honestatis, boni cujusque sensum malique aver-sationem deprehendere.

S v e f s g

til en Oversættelse

af

Juvenals syvende Satire \*).

\*). Som Prove af en Oversættelse af alle Juvenals Satirer.

---

## Indhold.

Videnkabsmændenes usle Raar: — Digerens — Historieforens  
verens — Sagsorens — Rhetorens og Grammatikerens.

---

- Cæsar** alleene er nu hver Videnkabs Haab og Fortrossning,  
han allene i Trængselens Lid sorgfulde Camener  
skjænker et huldt Blik, nu, da beremte og store Poeter  
søge, i Rom til Forpagtning en Dvn at faae, og et lidet
5. **Bad i Gabii:** Andre det ikke for lumpent, for skjændigt  
holdt, Opraaber at blive, da Clio forlod Uganiippe's  
Dale, og sulten er ind til Horgemakkerne flyttet.
- Thi, hvis ikke en Hviid i Pieriske Skygger Du finder,  
gladere være du maae ved Machæras Titel og Næring,
10. hellere staae du med Fulbmagt da, i en Kreds paa Auctionen,  
sælgende Dunke til Vin, Treesødder og Skabe og Kister,  
samt Alchone af Bacchus og Faustusses Theben og Tercus.  
Bedre er dette, end fræk for Netten at sige: "Jeg faae," hvad  
ikke du faae; skjøndt sligt Asiatiske Riddere, saadant
15. Kappadociske, sligt de Bithyniske Riddere gjore  
som barbenede over til Rom os Galatien sender.  
Mod ei længere dog til Konsten fornødrende Arbeid  
Nogensomhelst skal tvinge, der kan til melodiiske Tonet  
knytte et klangfuldt Digt, og har smagt af Musernes  
Laubør.

20. Ynglinger! fatter da Nod! Ansporende Easter paa Eder  
Drotten sit Blif, og søger kun huld for sin Naade en  
Gjenstand.

Men, isald du, i Haab, hos andre Patroner at finde  
Hjelp i din Nod, fuldsriver din fafransfarvede Rulles  
Pergament: saa lad i en Hast kun Brænde dig hente,  
25. skænk Thelesinus! dit Værk kun da til Venusses Mage,  
eller forvar det, og lad det af Mol opgnaves i Skrinet.  
Niv i Stykker din Ven! stryg natlig bestungene Stage  
ud, du Arme! hvis Sang sig til Himmelens hævet fra snevre  
Kammer, for Vedbende, ak, og for magere Billed at vinde.  
30. Svundet er da hvert Haab! Alt har den hemidlede Gnier  
lært, med Beundring og Ros paa din Kunst at kaste det  
samme

Blif, som paa Junos Fugl Smaadrenge — men Ha-  
rine fage  
rinde, da dygtig du var til Søen, og Hjelmen, og Spaden,  
Kjedsomhed da opfylder din Sjel, da gamle og nogne  
35. Sanger forsilde sig selv og sin Terpsichore hader!

Hør nu hvor snild din Patron kan snoe sig fra Hjelp  
dig at yde!

han, ser hvem du Apollos og Musernes Tempel forladet!  
Selv han er Digter, og viger alleene Homer, i Betragtning  
af de tusinde Aar; og cm godt hentryllt af Eren,  
40. Noget du ønsker at læse: en Sal Maculonus dig laaner,  
til din Ejendom staar, paa hans Bud hint gamle, og længe  
laasede Huus, hvis Dor er liig de beslirede Porte.  
Han Frigivne forstaar paa Sødernes bagerste Pladse  
hen at sætte, og stemme til Skraal Klienternes Skare.  
45. Enigen af Herrerne lette dig skal Udgiften til Søder,  
Trappebænke, som høit nedhænge fra leiede Bjelke,

Stole, tilligemeb Læfestillads, der maae slæbes tilbage.  
 Deg er Dette vor Id! O! Furor vi skære i løse  
 Sand, og en gold Strandbreddet er, vi tumle med  
 Ploven!

50. Vil du tire dig løs: strax leed Ergjerrigheds Vane  
 holder med Strikke dig fast. Ulægelig fængsler den stemme  
 Skivesot saa Mange og ældes i sygnende Hjerte.  
 Men — den Digter, som ei for Hoben sin ædlere Ware  
 aabner, som ikke paa nogen forslidt Rot spinder, som ikke  
 55. Gaveviser med eet og det samme Stempel vil præge:  
 han, jeg ei er i Stand til at male, som blot jeg mig tænker,  
 danner med forgift Sjel sig fun; al Bitterhed fremmed  
 være for ham! Han tye til Lundene, stapt til at driske  
 af Noniens Kilder; thi Kvad i Pieriske Grotte  
 60. at ifæmme, og Thyrsen at grieve, den fastende Armod  
 ikke formaer, som i Trang er for Penge, hvis Legeme  
 Nat, eg

Dag vanskægter: — Horats er mæt, naar han "Evoe,  
 raaber.

Vort vil Begieringen flye, naar vor Sjel ei blet sig med  
 Kunstens

- Værk anspænder, ei Cirrhas og Nysas Beherskere gyde  
 65. Ild i vor Barm, der Plads for tvende Bekymringer mangler.  
 Kun den høiere Land, som Sorg for et Teppe til Sengen  
 ei lamstaaer, kan Gudernes Vogne, og Heste, og Asyn  
 flue, og see, for Alektos Nutuleren rasende bæve.  
 Havde Virgilius ei en Djener, en taalelig Bopæl  
 70. havt: da sikkerlig var hver Slange af Haarene falden,  
 stumt det rødsomt røllende Horn da blevet. Vi fordre,  
 at for den gamle Cothurn maae ikke tilbage en Lappa  
 staar, naar Atreus satte i Pant hans Kappe og Trækat?  
 Stakken Numitor har slet intet, til Dennen at sende; —

75. til Qvintilla han har Foræringer: Pengene ogsaa  
ere ved Haanden, til Kjed fuldt op at give en tamgjort  
Love at sluge, et Bæst, kan jeg troe, der med mindre Bes-  
kostning
- fores; der meer gaaer til, en Poets Indvolde at fylde! —  
Lad tilfreds med sin Nos en Lucanus i Marmorpaladset
80. ligge i Mag; men hvad kan Serranus og arme Saleius  
giøre med nok saa stor en Ere, naar blot det er Ere? —  
Hen til den liffige Sang man løber, til Digtet, den elſte  
Thebaide, naar Statius glad gjør Byen, og lovet  
har den en Dag. Saa stærkt, saa sedt han Sjelene  
tryller,
85. saa hans Kvad opfylder med Lyst den lyttende Mængde.  
Men — endskjøndt af hans Vers nu Bækene briste; han  
hungre  
maatte, om ei ursorte Agave han solgte til Paris.  
Krigeriske Hæders-Betjeninger rund han sejener til Mange,  
Halvaars-Ningene han kan sætte paa Digternes Fingre!
90. Gjogleren giver, hvad aldrig en Stormand gav. Cameriner,  
Bareas øndse du vil? vil øndse en Adeligs Forsal?  
Til Præfect Peleopea dig gjør, til Tribun Philomela.  
Ei misunde du dog den Skjald, Tragoedier føde.
- Hvo vil være dig nu en Mæcen, Proculeius, en anden
95. Fabius? være dig nu, hvad Lentulus, Gotta dig være?  
Da til Geniet dog svarte dets Løn, da Mange det baabed,  
bleeg sig at skrive, og Vin ei heele December at smage.
- Yder vel rigere Frugt, Historieskrivere! eders  
Arbeid? Dette endnu meer Tid, meer Olie kræver.
100. Pungen til Tab, al Maal og Maade forglemmende, voxer  
Tallet af Sider for Alle, og snart til de tusinde stiger.  
Saa Gjenstandenes Hob, og Kunstens Love jo byde.

Hvilken er dog den Frugt, I høste af ploiede Ager?

Faaer en Historiker Det, den faaer, som Kroniker læser?

105. Ja! det er sovnde Folk, de elste kun Skygge og Loibæk. —

Godt, saa siger os da, hvad en Tingstud har, for  
at tjene

Borgerne, har, for at slæbe sig træt paa en Bunke Papirer?

Høit nok kraale han kan, og især i Kreditors Paahør,  
eller, om En endnu mere hidsig i Siden han støder,

110. og med en tyk Bog kommer, for Navnet af Skyldner  
at nægte.

Da ubblæse umaadelig Legn de pustende Bælger:

